



Q. D. B. V.

I.



Uam tædiosum pariter & mole-
stum fatis malum, adultis æque
ac infantulis perquam familiare,
Tussis sit, non est quod multus
sim in demonstrando, cum ipsa
rerum magistra experientia, id
fatis clare affirmet, atque demonstret, cujuscun-
que ætatis homines, noctes sæpe atque dies eadem
confici atque excruciar. Præ aliis tamen, semper
fere cum omnibus vitiis ac affectibus pulmonis &
thoracis conjungitur, multumque ægris pariter at-
que Medicis facescit negotii. Ad phthisin quo-
que sæpe viam sternit, atque Hæmoptysin, & fe-
bres exasperat, viresque frangit; & miseris infan-
tulis non raro hernias solet afferre. Quam gra-
viter vero utero gerentibus insidietur, abortus fre-

A 2

quen-